UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dominicas Per Annum

Höger, Franz

Ingolstadij, 1726

VD18 90197089

Dominica Dedicationis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-53055

Visual Library

DOMINICA DEDICATIONIS.

THESIS I. *Sanctum est Templum tuum.* Ps. 64. v. 5. Omnia, quæ sunt in Templo, sunt Motiva Contritionis, Modestiæ, & Pietatis. *Vide supra Dom. 10. post Pent. Thes. 1.* *Templum.*

THESIS II. *Sanctum est Templum tuum.* Ps. 64. v. 5. Anima Justi est Templum Dei, hoc profanatum ut reconcilietur, sex sunt necessaria, quæ significantur per Consecrationem Templi materialis. *Vide supra Dom. 10. post Pentecost. Thes. 2.* *Anima.*

THESIS III. *Sanctum est Templum tuum.* Ps. 64. v. 5. Templum est venerandum I. Puritate *Cordis.* II. Silentio *Oris.* III. Modestia *Corporis. Vivien.* *Templum.*

THESIS IV. *Erit in Templo Abominatio.* Dan. 9. v. 27. Impij in templo despiciunt I. Dei *Majestatem*, quam *Profanatio Templi.*

co-

colunt. II. *Præsentiam*, quam credunt. III. *Perspicaciam* omnium rerum, quam cognoscunt. *Id. in Tertulliano Prædic.*

Templum. THESIS V. *Templum universâ terrâ Sanctius.* 2. Machab. 5. v. 15. Tria sunt, quæ Templis nostris venerationem ac respectum conciliant. I. Quia sunt Tabernaculum, seu Habitaculum Dei *Patris æterni.* II. Quia Templum sunt JESU Christi *Filij Dei.* III. Quia sunt Sanctuarium *Sancti Spiritûs*, atque sic Templum totius Summæ Trinitatis. Quid ergo mirum est? *Erant semper in Templo laudantes, & benedicentes Deum.* Luc. 24. *Bretteville.*

THESIS VI. *Elegi enim, & sanctificavi locum istum*, ut sit *Nomen* meum ibi in sempiternum, & permaneant *Oculi* mei, & *Cor* meum ibi cunctis diebus. 2. *Paral. 7. v. 16.*

Quid sit? THESIS VII. *Templum Domini est.* Jerem. 7. v. 4. Quid est Templum Domini? I. *Domus Orationis*; Nam in ea omnis, qui petit, accipit. II. *Locus Gratiarum*; Nam ibi, qui quærit, invenit. III. *Porta Cœli*; quæ hic pulsanti aperietur.

THE-

THESIS VIII. *In domo tua oportet me manere.* Luc. 19. v. 5. Justi anima Domus est spiritualis, cujus Fundamentum *Fides* est; *Spes* Parietes; *Charitas* Tectum. *Raynaud. Attribut. Christi. fol.* 247. & 248. *Anima.*

THESIS IX. *Ornaverunt faciem Templi.* 1. Machab. 57. Incitamenta ad ornatum Templorum esse possunt: I. Quia sunt Domus Dei. II. Quia ex hoc gloria Religionis. III. Quia melior eleemosinâ hæc munificentia. IV. Quia inde divitiæ, & peccata purgantur. V. Quia inde exurgit magna merces. *Faber. Dom. 8. post Pent. Conc.* 9. *Ornatus Templi.*

THESIS X. *Templum universâ terrâ Sanctius.* 2. Mach. 5. v. 15. Quanto honore, & veneratione affecta sint Templa I. à Deo. II. Ab Angelis. III. Ab Ecclesia. IV. Ab Hominibus. *Faber in Festo Dedic. Conc.* 10. *Sanctum.*

THESIS XI. *Vos autem fecistis eam speluncam latronum.* Matth. 21. v. 13. Injuriæ Ecclesijs illatæ ut punitæ sint, patet; Sunt autem eæ I. Ecclesiarum Eversio. II. Spoliatio. III. Abusio. IV. Pollutio & fœdatio. V. *Profanatio, vel potiùs læsio Templi.*

Reo-

Reorum abstractio. VI. Jurisdictionis occupatio. VII. Per tributa Gravatio. *Faber. Dom. 9. post Pent. Conc. 7.*

THESIS XII. *Domus mea.* Matth. 21. v. 13. Cùm Deus sit ubique, debet adorari ubique. I. Cùm verò specialiter sit in Templo, ibi speciali cultu adorari debet: *Domus Dei.* II. Ubique possumus orare, verùm cùm templum sit *Domus Orationis*, ibi ardentiùs ad Deum debemus fundere preces.

THESIS XIII. *Vos autem fecistis illam speluncam latronum.* Matth. 21. v. 13. Irreverentiæ, quas Christiani committunt in Ecclesijs, sunt I. *Injuriosæ Deo*, quia Sanctissimum ejus cultum destruunt: *Cave, ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris* Deut. 12. v. 13. *Elegi & sanctificavi locum istum.* 2. *Paral.* 7. v. 16. Nonne violatur Majestas, & Divinitas constupratur plaudentibus vobis. II. *Scandalosæ Proximo*, quia æstimationem Religionis ipsi imminuunt, ferè usque ad contemptum. *Balaam, qui docebat Balac mittere scandalum coram filijs Israël. Apoc. 2. v. 14.* Fiunt & miseris religiosa deli-

cta,

ta, & cœpit licitum esse, quod publicum est. *S. Cyprian.* III. *Perniciosæ Nobismet ipsis*, quia nos fructu privant precum nostrarum. Coimus in cœtum & congregationem, ut ad Deum, quasi manu factâ, precationibus ambiamus orantes; hæc vis Deo grata est. *Tertull. Apologet. c.* 39. *vide Act.* 12. *v.* 5. *Act.* 1. *v.* 14. *P. Nicol. Dijon Capuc. Dom.* 9 *post Pent.*

THESIS XIV. *Venit in Spiritu in Templum.* Luc. 2. v. 27. Tria narrantur à S. Gregorio Nazian. *in Orat. de funere Fratris*, quæ in templo præ reverentia Mater ipsius observavit: I. Nunquam locuta. II. Nunquam Altari terga vertit. III. Nunquam in terram expuit. Verba ipsius sunt: Nunquam illius vox audita, venerandæ Mensæ nunquam terga vertit, nec Divinum solum consputando inquinavit. *Reverentia Templi.*

THESIS XV. *Templum Dei estis.* 1. Cor. 3. v. 16. Cor nostrum Templum est: I. *Consecratum* in Baptismate. II. *Purificatum* per Sacramentum Pœnitentiæ. III. *Sanctificatum* *Cor Templum.*

per Eucharistiam. IV. *Dedicatum* SpirituiSancto, qui ibi suam sedem figit. *Crasset in Consid. Christian. fer. 5. post Dom. 9. Pent.*

Reverentia Templi. THESIS XVI. *Sanctificavi locum istum.* 2. Paral. 7. v. 16. I. Magnam ibi debemus habere *Puritatem*, quia nos Angelis ibi miscemur. II. *Lætitiam* prorsus Spiritualem ibi debemus præ nobis ferre, qnia ibi incipimus, quasi prælibando, Deo frui. III. Quasi extatici ibi debemus esse, quia ibi Præsentia Dei debet nos facere obliviscі præsentiæ Creaturarum. *Diction. Apost.*

Finis Templorum. THESIS XVII. *Domus mea domus Orationis.* Matth. 21. v. 13. Christus in templum ingressus tria hominum genera in eo invenit: I. *Vendentes, & Ementes*; isti venerunt ad continuandum suum negotinm, atque ita sunt Sacrilegi, facientes *Domum Dei* domum Mercatorum; sed Christus ejiciebat omnes vendentes & ementes, prout merebantur. II. *Cæcos & Claudos*; hi venerunt ad obtinendum auxilium, velut miserabiles, considerantes Domum Dei ut Asylum Afflictorum, & hos sanavit Dominus, invenerunt ergo ibi salutem.

III.

III. *Pueros clamantes* in templo, seu cantantes laudem, & Hosanna Filio David, qui bene egerunt considerantes Templum ut Domum Dei, hinc illos Christus laudavit, & canonizavit; Ex ore Infantium, & lactentium perfecisti laudem &c. Atque hi habent meritum, & laudem. *Durand. in Charactere Sanctor. part. 2.*

THESIS XVIII. *Templum universâ terrâ Sanctius.* 2. Machab. 5. v. 15. I. Templa sunt *Cunæ* Christianorum, ubi nascuntur cœlo, & hinc debetur illis *Amor* tanquam loco Nativitatis. II. Sunt *Mensa* Christianorum, ad quam nutriuntur ac pascuntur, atque ita ipsis debetur *Assiduitas*, atque frequentatio, uti frequentamus cœnaculum. III. Sunt *Tumba*, seu locus sepulchralis Christianorum, inde ipsis debetur *Reverentia* seu respectus. Quæ omnia scilicet fundantur in Natura, Commodo proprio, & Lege. *Id. Ibid.* *Observantia Templorum.*

THESIS XIX. *Templum Domini est.* Jerem. 7. v. 4. Tria genera dantur Templorum. I. Primum est *Templum Jerosolymitanum*, in quo Æternus Pater habitavit Spiritualiter per præ- *Varia Templa.*

ſentiam Majeſtatis ſuæ : verùm Templum hoc vendentes & ementes profanârunt , facientes forum mercimonij, Chriſtus autem ejiciendo eos illud iterum reſtituit. II. Secundum eſt *Humanitas Chriſti*, in quo Verbum Divinum habitavit hypoſtaticè per communicationem ſuæ Naturæ : verùm Templum hoc Mors deſtruxit, quæ Chriſtum occidit ; at verò Chriſtus hoc Templum in triduo reædificavit , mortémque expulit. III. Tertium eſt *Cor Fidelium*, in quo habitat interiùs Spiritus Sanctus per diſtributionem donorum, & gratiarum : verùm Templum hoc obſcuratum eſt infidelitate , quæ tenebras infudit cordi Fidelium ; at verò Chriſtus, vera Lux, infidelitatem è cordibus ſuorum eliminavit per Legem ſuam , ac Doctrinam. *Durand. fer. 2. poſt Dom. 4. Quadrag.*

FINIS.